UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

Visual Library

citur, ſed in octauis eorum cãtat
eò quòd infra octauas Apoſtolo
& Aſſumptionis occurrunt. Vn
in octauis Ioannis Baptiſtæ dici
præfatio de Apoſtolis, & in octa
B. Laurentij de Aſſumptione;
octaua tamen Agnetis non dicit
quia non appellatur propriè octa
In feſtis S. Crucis, & B. Vir
nis ſemper Symbolum dicitur,
in feſtis Trinitatis, & in feſto M
gdalenæ, quidam dicunt quòd fu
rit Apoſtola apoſtolorum: quia p
ma Reſurrectionis gaudium Ap
ſtolis nunciauit. De quibuſdam t
men fit mentio in Symbolo, in qu
rum feſtis non dicitur Symbolum
Vt paſsionis, ſepulturæ: quonia
officium eorum non ſequitur reg
lam aliorum dierum.

CAP. XXVI.

De Offertorio & oblationibus.

L*Ecto Euangelio & dicto Sym*
bolo, ſequitur de Offertori
quo

quòd ideò ſic appellatur, quia tunc offertur, quia tunc Sacerdos recipit oblationes à populis, & hoſtias à Miniſtris, & dum offertur Offertorium cantatur. Unde in lege cum offerentur holocauſta, cœperunt laudes offerre Domino, ſicut habetur in libro Paralippom. Sed finita oblatione ſtant homines in oratione. Unde in Paralip. dicitur: 2. Par. 19.
Cum finita eſſet oblatio incuruatus eſt Rex, & omnes qui erant cum eo, & adorauerunt. Sed antequam Epiſcopus aut Sacerdotes accedant ad ſacrificium faciendum, lauātur manus eorū. Unde in Exodo dicitur Aaron: Facies labium æneū & cū baſi ſua ad lauandū, &c. Et ſequitur: Miſſa aqua lauabūt in ea Aaron & filij eius manus ſuas & pedes. Exod. 30.
Opera ſignificant & affectus, quando acceſſuri ſunt ad altare. Quod autē dicitur in offerenda dedicationis;

1. Par. 29 *Domine Deus in ſimplicitate cor-*
dis, &c. ſumptum eſt ex eo, quod Sa-
lomon in dedicatione templi hoſtias
obtulit, cuius exēplo ſe & dona ſua
Matt. vl. *offert populus Domino. Poſtmodum*
corporalia ſuper Altare diſponun-
tur: unde ſicut in ſyndone munda &
linea corpus Chriſti erat inuolutum,
ita debent eſſe corporalia ſimplicia
linea, non ſerica, imò ſine tinctura:
& ſecundū conſuetudinem Roma-
næ curiæ, vnum expanſum, & alte-
rum ſuper calicem plicatum, vt in
plicato accipiamus fidem, & in ex-
panſo cognitionem, vt quod corde
credimus, cognoſcere valeamus. Et
hæc de antecedentibus ad Canonem
ſufficiant.

CAP. XXVII.

De his, quæ fiūt à Sacer-dote poſt Offerto-rium.

POſt oblationē temporalem pro-
ſequitur Sacerdos oblationem
ſpiritualem: ſed antequā ingredia-
tur Canonem, accipit patenam &
urceo-